HNF

SAMUEL RABBI

35 lines

22 leaves (first + last blank)

Reichling 722 (Naples)

Goff S-106 (4 copies)

[Rome, Eucharius Silber, ca. 1480]

51

Incipiunt verba ex varijs auctoribus

Eijcio	icis	p	excluder
Metior	iris	p	misurar
cōpesco	scis	p	rafrenare
Profero	ers	p	far – pnunciar
Perfero	ers	p	patire
Pre-fero	ers	p	splender
Censeo	es	p	indicar
Arrigo	is	p	slar attento
Assue facio	cis	p	Auezare
Violo	as	p	Roper – spezar
dimitto	tis	p	abadonar
Proficio	cis	p	far profecto
Perficio	cis	p	far – ager
Deleo	es	p	cassare
Demineor	is	p	eer debitor
Debeo	es	p	idem .s.
Dirigo	is	p	adirizar
Coniicio	is	p	in diuinar
Abijcio	cis	p	lassar – abadonar

Exito as p uscir fuora

Gesso as p fare

infitior ris p negar

proroga as p allongare

Derogo as p levare et minuir

Mereo es p fare

Praesto as p fare

Adiungo is p deputar

obpono is p opporre

Questo è uno dei primi lavori pubblicati in Mantova.

i Ncipit Epiſtola quā miſit Rabi Samuel Iſraelita oriundus de Ciuitate Regis Morochorū ad Rabi yſaac magiſtrū Sinagoge que eſt in ſubiulmeta in predicto regno In anno dn̄i Milleſimo. Sed tranſlata de Hebreo uel de Arabico in latinum per fratrem Alfonſiū boni hominis Hiſpanū ordinis predicatorum quam tranſlationem fecit. Anno dn̄i. Mcccc. xxxviii. tempore pōtificatus dn̄i Benedicti pape. xii. que epiſtola cuius ſit editionis & ad quid ualeat prohemium ipſius epiſtole & narratio eius plenius declarabunt cum titulo que eſt talis.

¶ Titulus Epiſtole.

¶ Epiſtola quam ſcripſit magiſter Samuel iſrabelita oriūdus de Ciuitate Regis Morochiani ad Rabi yſaac magiſtrum Sinagoge que eſt in Subiulmeta in Regno predicto

¶ Epiſtola.

c Onſeruet te deus o frater & permanere te faciat uſquequo terminetur iſta noſtra captiuitas et cōgregetur iſta noſtra diſperſio et apropinquet ſpes noſtra. & ſignet deus beneplacitū ſuū ſuper uitā noſtram. Amen. Nā expertus ſum ꝙ plenitudo ſcientie noſtri temporis cū tuis expoſitionibus glorioſis uiget. unde ego particeps doctrine tue tibi expono exitus cordis ſup illis que legis ſunt & prophetarū ſuper quibus anxio cum timore quapropter recurro ad abūdantiā ſapientie tue & mitto tibi libellum iſtum ſperans per te deo uolente confortari in ueritate ac in dubiis declarari.

¶ Capitulum. I.

d Eſidero dn̄e mi certificari per te & teſtimoniis legis & prophetarū & aliarum ſcripturarū quare nos iudei generaliter percuſſi ſumus a deo in captiuitate iſta in qua ſumus que poteſt uocari perpetua & nō habens finē. Nā modo ſunt mille anni cōpleti & ultra ꝙ ſemper fuimus captiuati. Nos ſcimus ꝙ patres noſtri adorauerūt idola occiderūt prophetas et legē dei

auerterunt. Et propter omnes iſtas trāſgreſſiones deus nō percuſſit eos niſi per. lxx. annos in Babylonia et poſt tēpus prefatū placatus eſt eis & reduxit eos in terrā ſuā. Et ſecū dum ſcripturā ira dei fuit tunc patribus ualidiſſima ſuper omnes iras quas añ tempora illa cōmemorat ſcriptura. & tñ ut dictū eſt pena tantorū peccatorū nō fuit niſi. lxx. an nis. Et nūc dñe mi ira dei que in pñti punit nos non habet terminū nec finis eius ꝓmittitur in prophetis Si uoluerimus dicere ꝙ iſta preſſura in qua ſumus ire dei eſt adbuc illius ire ꝓpter quā fuit captiuitas. lxx. ānorū quia tūc nō complete ſatiſfactū eſt de peccatis predictis p illos patres noſtros nos facimus deū mendacē qd abſit qm̄ ipſe deus uerus & glorioſus illi captiuitate impoſuit prefatū termi num prophetarū. ſ. lxx. annorū. unde talis non eſt reſpon ſio ſed euaſio ſeu excuſatio. Si excuſatio eſſet uera nec eſt intelligētibus proponenda. Et ſi dixerimus ꝙ deus in illa tranſmigratiōe miſertus fuit uni parti generis noſtri et nō alteri & illos quorū miſertus eſt reduxit ad reedificādum templū ut dicit ꝓpheta Hieremias & ſumus de illis quorum nō eſt miſertus. Tunc dicent nobis chriſtiani ꝙ deus miſertns eſt eorū qui adorauerūt ydola & qui occiderunt prophetas et tñ nos punit qui nō peccauimus in predictis & illorū miſertus fuit in dicto termino. lxx. annorū: & ſic noſtra punitio nō habet ſcd̄m nos cām certā ita eſt longa ſine termino pena in qua ſumus modo iam ſunt mille an ni & ultra nec in lege nec in prophetis huius pene termi num poſſumus inuenire. Quare dñi mi cū deus puniuerit patres noſtros propter idolatriā & propter interfectio nem prophetarum & pena & culpa ſint note in ſcriptura cū deus non punit bis idipſum pro peccatis illis preteritis fuit pena. ſ. captiuitas. lxx. annorū. & cum deus nō punit uniuerſaliter niſi propter uniuerſale peccatum oportet ꝙ poſt illam captiuitatē nos peccauerimus omnes corā deo peccata maiori ꝗ fuerit idolatria parentū noſtrorū & ꝗ fuerit interfectio ꝓphetarū ex quo deus ꝑ peccatis puniuit

parentes nostros.lxx.annis & nō amplius & nos puniuiti sunt mille anni & ultra.et posuit & dispersit nos per quatuor partes mundi. Tñ quicquid contingat dei sumus in omni euentu quia nulla est excusatio Super dicta respōde

¶ Capitulum.II.

S Upposito dñe mi ꝙ sumus in peccato aliquo maximo rogo nūc ꝙ certifices me si postquā deus dispersit nos de Hierusalē & misit in captiuitatē istā longissimā seu perpetuā propter illud peccatum sine auctoritate nostra & propria uolūtate sine speciali mādato incepimus obseruare circūsitionē & sabbatū. & alias cerimonias ꝙ a tēpore quo Titus destruxit ciuitatem & tēplū cōbussit & bibliotecas & nos in captiuitatē istā dispersit ꝙ extūc cessauit inter nos ignis sacrificiū oblationes & holocausta & deus non promisit nobis postea prophetiā aliquā nec prophetā nec per reuelationem aliquam certā ꝙ nos deberemus redire aliqñ in hierusalem in statu pristino.nec mandauit nobis postea ꝙ obseruaremus obseruātias predictas. Videtur ergo sequi ꝙ nos non a deo sed ab aliis qui erant obseruātias predictas accepimus & tenemus. Et uidetur ꝙ iuste dicēt nobis aduersarii nostri. Sicut uos obseruatis circūsitionē & sabbatū et legitis in sinagogis libros Moisi & prophetarū sine mādato dei quare nos assumitis uobis similiter sacrificiū & facitis uobis sacerdotes & regem & principem & unctiones sanctas & incensum. & quare nō edificatis altaria & seruatis cerimonia & omnia q̄ sunt in lege cōtenta sicut sabbatum et circumcisionem & plura alia q̄ obseruatis sc̄dm traditiones uestras sine uoluntate & simpliciter ex utraqꝫ curritis in offensam. Et si hec predicta facitis contra uoluntatē uel dicitis quia uolūtas dei est ꝙ hec seruetis & beneplacitum quod tamen ostendere nō potestis quare nō obseruatis supradicta alia quorū mandata facere potestis. Et si reges nō permittūt uos facere & populi sub quibus iacetis non permittunt uos ista multa facere : quare per

quare permittũt uobis circumcisionẽ & libros & Sinago gas & alia que seruatis. Et ad hec dñe mi non est nobis in prõptu respõsio sufficiẽs ut uidetur. Scimus tamẽ timorẽ dei in omni euentu. Capitulum. III.

i Nuenimus dñe mi deũ loquentẽ p os zacharie prophete & dicentem. c. vii. ubi loquitur de illa prima captiuitate breui interpretatus hãc auctoritatẽ Nam secundũ ꝙ scripta est in arabico sicut infra posita est sonat ĩ latino. Hec dicit dñs sacerdotibus & populo terre. Quãdo ieiunastis & plorastis in. vi. & vii. toto tpe. lxx. annorum intellexistis ꝙ nõ ieiunaretis ad me aut ploraretis. Ego tale ieiuniũ nolui a uobis. Nostra autẽ trãslatio aliter se habet. Ego enim scribere propono sicut auctoritates iacent quas Samuel iste inducit nõ sicut sunt in nostra biblia innuit dñs. Domine mi in predictis uerbis ꝙ dum nos iudei fuimus per. lxx. annos in dicta captiuitate fuimus sine lege quia ieiunium habemus a lege sicut alias obseruantias & similiter fuimus sine circumcisione & sine sabbato. Et sine dubio hec nõ ualent dum ira dei manet super populũ suum. Illa uero prima ira dei fuit breuis quia. lxx. annorũ. Ista quidem in qua nunc sumus est longa iam mille annorum & ultra & nõ inuenit̃ ei terminus in prophetis. Et timeo dñe mi ꝙ sicut deus misit in captiuitatẽ illam breuẽ patres nostros sine lege & sine obseruãtiis eius. Nec acceptauit ieiunia nec obseruantias eius legis quousq; fuit completũ tp̃s pene ipsorũ scilicet. lxx. annorũ. Sic in ista captiuitate ultima nõ acceptat opera que facimus secundũ obseruantias legis. Quare constat ꝙ nos sumus in maiori peccato nũc q̃ patres nostri fuerint in babilonia. Vnde nos sumus in maiori dei ira q̃ illi & per consequens opera nostra sunt ei minus placita. Et nos sumus ei magis odiosi. Et patet ꝙ illi per mortẽ prophetarum & quia idola coluerunt fuerunt tantum. lxx. annis in captiuitate & nos propter magnũ peccatũ & maximũ sumus captiui iam sũt mille anni & ultra. Et hec captiuitas sine du

bio est illa quā deus per os Danielis prophetauerat desola tionē ciuitatis. Vsq̄ quo ad consumationē perseuerabit de solatio zc. Prima captiuitas uocatur trāsmigratio quia per modicū tp̄s fuerunt reducti cum honore in hierusalem. Sed hec uidetur desolatio in qua pro certo deus nō mise rebitur nostri sicut nō miserebatur patrū nostrorū in ba bilonia. Sed q̄ cōsolabatur eos per prophetas qui promit tebant illis liberationem et erant oēs simul nobis aūt nihil promittitur. Et insup dispersit nos per uniuersa regna mū di. Attū quicquid contingat dei sumus in omni euentu.

¶ Cap. IIII

d Omine mi ualde mirabile est mihi de nobis. Speramus enim quotidie liberationē de captiuitate ista & semper de hoc loquimur Et semper loquimur de reductione nostra in hierusalem uel sumus ceci uel deceptores simpliciū. Nam constat q̄ post dispersionē nostrā que facta est per Titum nō appa ruit in nobis propheta qui nobis promitteret reductionē Nec etiam post captiuitatē.lxx.annorum fuit propheta qui loqueretur de ista captiuitate que non habet finē nisi in fine mundi nec deliberationē habet nisi per consuma tionē seculi. Quia daniel illam uocat desolationem sine fi ne.c.ix. Vnde timeo domine mi q̄ cū tanta captiuitas nō possit manere super totam gentem nostrā a deo nisi pro pter maximū peccatū in deū magis q̄ interfecisse prophe tas & adorasse idolas propter que peccata patres nostri fu erūt puniti q̄ sicut deus non miseretur nostri in uita cū in eodē peccato pseueremus sic nec etiā miserebit̄ mortu is ex nobis. Attū sumus dei in omni euētu qui euenerit.

¶ Cap. V.

d Omine mi uide t̄ q̄ decipiamus ali os & nosipos qz in libris legū & prophetarū ha bemus deū promittentē nostre genti liberatio nem et congregationē de dispsione multipliciter. Sed bn̄ uertenti oēs promissiōes q̄s habuimus uel fuerūt cōplete an̄ captiuitatē. lxx.ānorū & in ipsis.lxx.annis uel promis siōes fuerūt ꝓpter peccata illorū quibus ꝓmissiōes sunt to

taliter impedite: ſicut proponam coram te dñe. Exempli gratia Iſta pauca dicuntur in ezechiele. Si feceritis iuſtici as meas & mandata mea ſeruaueritis congregabo uos de quatuor partibus mūdi & leuabo uos & adducā uos per mare & adducam uos ad domū ſanctam meam. Ecce ꝙ id quod dñs nobis promittit per Ezechielem in predictis uerbis & aliis locis libri eiuſdem prophete iam completū eſt pluries ante illam captiuitatē. lxx. annorum & omnes promiſſiones dñi tales maiores & minores que in diuer- ſis locis ſacrorum librorum continentur cōplete fuerunt anteꝗ caderemus in iſtam ultimā captiuitatē que non ha bet finē. Modo ſumus iā in milleſimo anno & ultra: nec in aliquo prophetarū eius terminū inuenimꝰ: nec illa dei promiſſio ubi agit de liberatione & congregatione intelli gitur de iſta captiuitate perpetua. Sed de illis tribulatio- nibus et diſperſionibus ante dictos. lxx. annos: nec ꝙ ante dictos. lxx. annos commiſerimus illud magnum peccatū propter quod deus ſine termino punit nos in quo pecca- to ſumus & manemus omnes aliter deus miſericordiam ſuam non continuaſſet in nobis ira tam longa Nam uide- mus per ſcripturas ꝙ omnia predicta que commiſerunt patres noſtri ante ſeptuaginta annos predicte captiuita- tis punita fuerunt. Et de multis exempla hec pauca indu cam. Peccauerunt patres noſtri qui exiuerunt de egypto & promiſſio eis facta in eis locum non habuit: ſed in pec catis ſuis in deſerto mortui ſunt. Peccauit ipſe Moyſes ad aquas contradictionis & terrā promiſſionis non meruit. Peccauit ipſe Aaron & portauit penā. Hely ſacerdos pec cauit & fractis ceruicibus expirauit & poſteritas eius ſa- cerdotibus priuata eſt: & tamen deus promiſerat ſacerdo tium in eternū. Sed huiuſmodi promiſſa intelligūtur ſem per niſi propter peccata demereātur accipere ut patet in regno Dauid & in aliis poſteris eius. Sicut etiam deus ue rus & glorioſus promiſit abrahe pro ſemine ſuo terram illam in eternum poſſidebam: & frequenter perdiderūt

eam propter peccata sua & frequenter restituit eam dñs illis ultimam uicem qua perdiderũt iam sunt mille anni et ultra et nõ est spes recuperãdi eam: quia manemus oẽs in eodem peccato propter quod terram nostrã perdidimus. Et illud mihi multũ mirabile est cum oẽs concordemus qd oportet ꝙ post captiuitatem. lxx. annorũ in babylonia peccauimus cõtra deum peccato maximo et tñ nullus est qui dicat ꝙ est id peccatũ. Et si aliquis nostrũ cognoscat nostrã causam & peccatũ propter qd incurrimus tanta mala: nullus tñ id aperit proxio suo nec ipsemet qui cognoscit in suam conuertit utilitatẽ: sed oẽs iacemus prostrati & uidemus manifeste ꝙ ꝑdicta captiuitate. lxx. annorum deus erat cum patribus nostris in prophetis Hieremia & aliis prophetis. Et dedit eis Salathiel ducem & principes & sacerdotes cũ quibus exiuerunt de Babilone peracta penitentia & placato deo edificauerũt templum & hierusalem & alias ciuitates & effudit deus misericordias suas & tamen in ista captiuitate nullus propheta nobiscum est: nec deus ut apparet. Copiose igitur dñe inquiram & non cessabo querere qd peccatũ est id tantũ propter qd sumus ĩ captiuitate mille annis & ultra: nec habemus prophetã nec regem nec sacerdotẽ nec altare nec sacrificiũ nec unctionẽ nec incẽsum nec purificationẽ ymo facti sumus abhominabiles toti mundo sicut deo & contemptibiles. In solo corde nostro tanta regnat suꝑbia qua nosipos ꝑferimus toti mũdo. Et qd suꝑ hoc sentio pandã tibi dñe mi: nec minus quicqd eueniat nos dei sumus.

ℭ Capitulum. VI.

n

Vnc ergo dñe mi paueo ꝙ id peccatũ propter qd sumus in hac desolatõe & in captiuitate ista sit illud peccatũ suꝑ quo locutus est deus per ꝓphetam Amos. ii. c. cum dicit sic. Super tribus sceleribus israel conuertã uel transferã. Nota ꝙ ubi in nostra biblia est cõuertam hic habet transferã: & est ad propositũ eius magis Et super quarto non transferã eos quoniã uen

eius magis. Et super quarto nõ transferã eos quoniã uen-
diderunt iustũ pro argento. Et nos dñe mi secundnm do
ctrinã nostrã dicimus ꝙ iste iustus fuit ioseph filius iacob
qui fuit uenditus & sic teneo ego nisi ꝙ sermo diuinus po
nit istud peccatũ uenditiõis quartũ in numero peccatorũ
Sed scelerũ israel primũ. Ipsi etiam christiani quibus san-
ctorũ librorum studium uidetur esse traditum a deo res-
pondent doctrine nostre predicte & dicũt ꝙ primum in
quattuor sceleribus israel est uenditio ioseph a fratribus su
is. Et secundũ peccatũ siue scelus assignant adorationẽ ui
tuli in Oreb. Et tertiũ scelus occisiẽon prophetarũ in babi
lonia ꝑpter ꝙ fuimus captiuati. lxx. ãnis. Et dicunt ꝙ quar
tũ scelus israel fuit uenditio iusti scilicet iesu. qui ad litterã
fuit uẽditus post transmigrationẽ prefatã. lxx. annorũ. Et
si nos dñe uolumus tenere prefatã doctrinam nostram et
respondere christianis uerũ oportet ꝙ nos assignemus in
israel añ uenditionẽ ioseph uaria scelera precessisse. ut ipsa
uenditio ioseph sit quartũ scelus. Sed hoc non poterimus
sustinere qz testimoniũ libri genesis est cõtra nos qui uen
ditionẽ ioseph ponit primũ scelus filiorũ israel. Et prophe
ta amos ponit expresse quartũ scelus uẽditionẽ iusti pro-
pter quod fuimus in captiuitate de qua loquitur deus cõ-
minãs ꝙ non reducet nos ultra in terrã promissionis cum
dicit Et super quarto nõ transferã eos quoniã uendiderũt
iustũ pro argento: Et manifeste apparat mihi ꝙ nos super
illo peccato quarto uenditionis iusti iuste sumus puniti iã
sunt mille anni & ultra in quo tp̃e nil profecimus inter gẽ
tes: nec est spes proficiendi amplius ¶ Cap. VII

e Xpauesco dñe mi et timeo ꝙ iste iesus quem co
lunt christiaui sit ille iustus uenditus pro argẽto
secundũ. Amos prophetã. Et timeo ꝙ de ipso
sunt hec que mihi occurrunt testimonia. Propheta & illa
eadẽ in doctrina sua ualde aperte applicãt christiani Isaiã
prophetã. Ve genti peccatrici filius sceleratis quoniã ipsi
elongauerũt sanctũ eius & inclinati sunt retrorsum. Item

idem propheta dicit Quasi ouis ad occisionē ductus est
qui nō aperuit os suū Item dicit Vir habens dolorē & sci
ens infirmitatē. Item fuit despectus & propter hoc nō re
putamus eū Item oblatus est quia ipse uoluit. Item de an-
gustia iudicii depositus est gnationem eius quis enarrabit
Item propter culpā populi mei transfixi eum & dabit in-
iuriatores pro sepultura et diuites pro morte sua. Et timeo
dn̄e mi q₂ iniuriatores fuerūt patres nostri & diuites pila-
tus & herodes & anna & caiphas sicut dicit ppheta Da
uid cōsurrexerūt oēs reges terre & maiores et cōtra deū
& cōtra christū eius Reges scilicet predicti. maiores scili-
cet patres nostri Et timeo dn̄e q₂ iste iesus sit ille cōmina-
tus & uēditus pro argēto de quo loquitur zacharias pro-
pheta & amos & alii prophete de quo etiā loquitur isaias
propheta cap̄. liii. Deponet oēs iniquitates & orabit pro ī
fidelibus. Timeo etiam dn̄e mi q₂ iste iesus sit ille iustus de
quo dicit Dauid in psalmo. lxxiii. dilectati sūt in animā iu
sti & sanguinē innocentē condēnabūt & propter hoc eie
cit eos deus & disperdet illos dn̄s deus noster. Et timeo
dn̄e mi q₂ iste sit ille iustus de quo loquit hieremias. c. ix.
cū dicit homo est & quis ē qui intelligit eū. Itē hiere. c. x.
Spes uultus nostri christus deus captus est p peccatis no-
stris. cui diximus in ūbra tua uiuemus inter gētes. Timeo
etiā dn̄e mi q₂ iste sit ille iustus de qno dixit iesus p os za-
charie ppbete. c. xiii. dicemus eni in illa die que sunt iste
plage in palmis tuis & rn̄debit plagatus fui in medio do
mus mee inter illos q dilexerūt me & leuauit ensē pastor
meus supra me. Itē idem. c. xii. aspiciāt ad me die illa & il
lū quē trāfixerūt & plangēt super illū quasi plāctū unige
niti. Timeo etiā dn̄e mi q₂ iste fuit iustus ille de quo dicit
Abacuc cap̄. iii. Cornua in manibus eius ibi abscōdita est
fortitudo eius &c. & cōcordat euangeliū christianorū ubi
narratur mors iesu & ostēdunt. Cum aūt uenissent ad ie-
sum inuenerunt eum mortuū Et misit unus ex eis lanceā
suam & transfixit. Paneo domine mi q₂ dicit. Abacuc

c.xiii. Egressus es dñe saluare populũ tuum cũ xp̃o tuo.
Xpauesco dñe mi sup his. Quis ¶ Cap̃. VIII.
e fuit iste iustus sine peccato de quo loquitur Ysai as propheta: & quis sit ille iustus uenditus pro argẽto. Propter q̃d dicit dñs per Amos prophetã ubi su pra ꝙ in testimoniũ quarti sceleris nõ trãsferet nos in ter ram promissiõis. Amplius uidetur etiam dñe mi ꝙ cõple tum est q̃d scribit Danielis prophete.c.ix.ubi dicit. Postq̃ consumate fuerũt.lxii.ebdomade occidetur xp̃s & tunc ueniet populus cum principe uenturo & destruet ciuita tem & domũ cõminuet & condemnabũt eam & aufere tur sacrificiũ & consumabitur destructio perpetua. Et nõ est dubiũ dñe mi ꝙ destructio desolatiõis perpetua id est captiuitas in qua sumus iam sunt mille anni & ultra. Et a perte dicit deus per prophetã ꝙ erit desolatio perpetua. Post occisionẽ xp̃i sicut est desolatio nostra postq̃ iesus fu it occisus: nec comminatus est nobis deus perpetuã desola tionẽ nisi post occasionem xp̃i. Et si uoluerimus dicere ꝙ ante mortẽ iesu fuimus in desolatione. Ad hoc respondẽt nobis xp̃iani ꝙ ante mortẽ illam nõ fuit desolatio nisi.lxx annis: & post hoc fuimus reducti in terram promissionis & fuimus apud deum in gratia & honore. Certe dñe mi ego non uideo excusationẽ contra prophetiã istam: quia de facto promittitur nobis ꝙ postq̃ a reedificatiõe fuerũt cõplete.lxxii.ebdomade que sunt anni.ccccxxxiii. Tũc fuit iesus occisus a patribus nostris. Et postea uenit dux.s. Titus & Po.Ro. & fecerũt nobis scd̃m prophetiã istã ho die sunt mille anni & ultra. Et nihilominus si est ita attñ dei sumus in omnibus euentu & ideo in eo speramus.

Imeo dñe mi ꝙ xp̃s iam uenit & ¶ Cap̃. IX.
adimpleuit primũ aduentũ suum quia in scrip turis nostris inuenimus duplicem eius aduen tum. Primus aduentus christi describitur in prophetis in paupertate & humilitate. Secundus in gloria & maiesta te. Et de utroq; aduentu proponã illa que mihi occurrũt.

De primo aduentu dicit deus per os ꝑphete ysa. capi ix. Letare filia syon ecce preceptor tuus uenit pauper equitans asinũ. Et in isto aduentu describit eũ ysaias despectũ zacharias Daniel occisum. zacharias et Amos uẽditum. Et tñ iam fuerũt cõpleta que in libro descripsi & scribam Nõ reputauimus id est non cognouimus eum. sicut dicit ysaias propheta. sed despeximus eũ & preualuimus contra eũ sed gloria eius et maiestas eius erit manifesta in secundo eius aduẽtu. s. qñ ignis & flãma precedet eũ & exardescet & inflãmabit in circuitu inimicos eius sicut dicit deus ꝑ os prophetarũ Dauid et ysaie. Et cõsidero dñe mi ꝙ xp̃us nõ iudicabit aliter quantũ ad mortẽ: quia nos interfecimus omnes ꝑphetas qui annũciauerũt nobis de ip̃o. prout deus testificat᷑ cõtra nos per os Helye prophete quarto libro Regũ. Et sic interfecimus illũ iustũ ꝓpter quem sumus in ira dei sine fine. Attamen dei sumus.

Capitulum. x.

Imeo dñe mi deus describit aperte duos aduẽtus christi per os ysaie ꝑphete ca. ii. cũ dicit Cõsurge cõsurge induere forditudinẽ brachiũ domini Bis dicens cõsurge. propter eius duplicẽ aduentũ & sigillatũ. Clare primũ scribit xp̃i aduentũ quantũ ad passionem & deiectionẽ caplo quinquagesimo et. c. liii. per totum. Et specialiter cũ dicit: Vidimus eũ & nõ erat aspectus & species neq; decor &c. Primũ eius aduẽtum ponit Isaias. ca. ix. cum dicit. Paruulus natus est nobis &c. Et statim subiũgit scd̃m eius aduentũ cũ dicit. Et uocabitur fortissimus gratia potens sup tronũ. Dauid sedebit ut confirmet illũ ab inicio usq; in eternũ. zacharias autẽ Propheta describit eũ pauperẽ & sedentẽ super asinũ. ca. ix. Et quid aliud est hoc nisi ꝙ propheta describit primũ aduentũ in humilitate & paupertate. Et secundũ in potentia & maiestate. Et sic describit eũ daniel. cap. vii. Considerabam uel aspiciebã in uisione noctis. & ecce cũ nubibus celi quasi filius hominis ueniebat. et usq; ad antiquũ dierũ peruenit

& in conspectu eius obtulerunt eũ & dedit ei potestatem & honorẽ & regnũ omnes populi tribus ac lingue adora bunt & honorabũt eum & seruient ei. Hebreus habet tri bus ac lingue honorabũt eũ & non deficiet potestas eius quia nõ auferetur & regnũ eius manebit in eternũ. No stra autẽ translatio habet tribus ac lingue sed eius potestas eterna que nõ auferetur & regnũ eius qd nõ corrũpetur alias & non deficiet potestas eius alias et potestas eius in eternũ & regnũ eius manebit in eternũ alias non corrũ petur. Et manifestũ est dñe mi ꝙ in secundo aduẽtu sede bit christus añ antiquũ dierũ qui est deus ad iudiciũ sicut sedit in primo aduentu añ patres nostros iudeos ut iudica retur. et illos duos aduẽtus messie id est christi innuit. Da uid propheta in psalmo cũ dicit. quia uenit. qm̃ uenit iudi care terrã. propter primũ eius aduentũ qui fuit simplex dicit. Quia uenit. Propter secundũ uero quia erit cũ potẽ tia dixit. Qm̃ uenit iudicare terrã. De secundo eius aduẽ tu loquitur zacharias propheta c. xiiii. cũ dicit. Imprimẽt uestigia pedis super montẽ oliuarũ &c. Et nos dñe nõ di cimus ꝙ deus in essẽtia sua & natura habet pedes nec car nem nec ista q̃ corporis sunt. Sed habere pedes conuenit omni creature corporee. Dicit etiã Dauid propheta qd supra allegatũ est loquẽdo de secundo eius aduentu Ignis in cõspectu eius ardescet & in circuitu eius inflammabis. Sed dñe nõ dicimus ꝙ deus sit circumspiciens ꝙ aliquid possit esse in circuitu eius inquantũ deus. Sed auctorita tes similes habent ueritatẽ ad litterã in illo iusto quẽ pro phete describũt nũc loquente de eius humilitate. nũc de eius maiestate. Et hoc loquitur Malachias ꝓpheta. ca. iii. cũ dicit. Ecce dñs uenit & quis poterit sedere añ aduen tum eius. Ipse enim quasi ignis cõflans & sedebit & lique faciet argentũ & aurũ Ecce qualiter iustus ille qui fuit iu dicatus uenit in secundo aduentu. Et attẽde dñe mi quali ter describit eũ idẽ propheta in eodẽ ca. iii. cum dicit. Tũc ego ueniam et intrabo in iudicio ad eos & ero testis uerax

ſuper adulteris & malis & periuris. & ſuper illos qui de-
fraudant mercedē mercenarii & qui ſpoliant pupillos &
uiduas & opprimūt peregrinū & pauperē. Et idē dñe mi
deſcribit Ezechiel cum dicit c. xxxiiii. ubi loquitur de pa
ſtoribus et ouibus dicens. Ego ſperabo ab eis ſi a iuſtis trāſ
greſſores & incredulos. Nec non habet tranſlatio noſtra
Sed in Arabico dicit ſic. O domine mi ecce ꝙ in ſecūdo
aduentu ſeperabit in credulos de medio iuſtorum. Sicut
etiam dicunt Malachias & Ezechiel clare. Et in primo
aduētu nemo noſtrum cognouit eū quia exuerat limites
humane nature. Sicut dicit deus per os prophete ca. liii.
Et inter iniquos conputatus eſt: et propter hoc nō repu-
tauimus eum. et Hieremias dicit cap. lxvii. Ipſe eſt homo
& quis ſcit eū. et timeo domine mi ꝙ patres noſtri in pri
mo aduentu meſſie defecerūt et errauerūt et propter hoc
ſumus in iſta captiuitate que non habet finem. Et tñ quic
quid contingat dei ſumus & in ipſo ſperamus.

Capitulum. xl.

dOmine mi paueo ne iſte iuſtus ſit ille qui iudi
caturus eſt cum potentia omnes qui credide
rūt in eum quoniam propheta dauid dicit de
illo. Notum fecit dominus ſalutare ſuum & in conſpectu
gentium reuelauit iuſticiam ſuam. Adhuc dicit Yſa. capi
tulo duodecimo. Haurietis aquas de piſcinis ſaluatoris.
Quod dictum ſecundum uidere meum intelligo de bap
tiſmo. Nam in primo aduentu ſaluauit per aquam. & in
ſecundo iudicabit per ignem. Et de ſaluatore dicitur do-
mine mi Iob capitulo decimonono. Scio ꝙ ſaluator meus
uiuit & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & in
carne mea & oculi mei uidebunt deum meum. Atten-
de domine mi ꝙ uocat iſtum ſaluatorem deum. Conſtat
autem ꝙ oculi carnis non uidebunt deum. ecce habemus
ſecundum ſcripturas ꝙ ſaluator eſt iſte deus iuſtus de quo
eſt ſermo. & ſolus poteſt dici uerus iuſtus qm̄ nullū pctm̄
fecit ſecundū ꝙ de illo. deus teſtificat̄ per os Iſa. ꝓphete.

Nec de Moisi nec de aliquo prophetarum dicitur q̄ sit Saluator iustus & sine peccato quia Moises peccauit & omnes alii prophete peccauerunt sicut uos scitis domine mi. Et idcirco nullus eorū uocatur iustus in scriptura. sed id nomen isti soli seruatur & sine dubio non saluatur nisi hi qui credunt primū aduentū suū. Et illi qui nō credunt nō habent cām aliquā q̄ saluent̄ in secundo aduentu eius sed digni sunt morte quia digni erant morte illi qui credebant Moisi & nō obediebant ei qui fuit peccator. quanto magis digni sunt igne illi qui nō credūt & blasphemauit istū iustū & dñm qui peccatū nesciuit unquā. Quicquid tamen eueniat dei sumus nos.

Capitulum. xii.

Domine mi nos inuenimus in scripturis q̄ christus exaltabitur de terra ad celū et ego timeo q̄ illud sit completum in isto qui fuit interfectus a patribus nostris. & de ista exaltatiōe dicit dauid propheta in psal. xxiii. O magnates aperite portas principatus uestri et eleuamini porte eternales et ītroibit rex princeps glorie. Et attende dñe q̄d respōdent illi angeli. Quis est iste princeps glorie. Et ipse respōdet illis. Dñs uirtutū fortis in prelio. Et constat dñe mi q̄ iustus iste dñs uirtutū nō habuit preliū nisi in primo aduentu suo: quia qn̄ sedebit ad iudicandū ignis in circuitu eius exardescet. & inflāmabit in circuitu inimicos eius. et conflabit iustus p̄ ignē quasi argentū. & hoc in ultimo eius aduentu. Nullus autem preliabitur cōtra illum nec locus erit pugne. Adhuc de iusti huius exaltatione Ysaias. ca. lxiii. Quis est iste qui uenit de edom de terra rubens uestimentis eius de bosra sicut ille formosus in schola. Et respondet his iustus iste. Ego qui loquor iusticiā sum expugnator ad saluationem. Et dicūt ei angeli. O dñe quare rubrū est uestimentū tuū sicut calcantis torcular. Respondet dicens illis. Torcular calcaui solus & nō erat uir mecū. Vñ dñe mi que prophete loquitur Isa. Et timeo q̄ huius iusti responsio non tāgat

nisi nos cū dicit Calcaui eos in ira mea donec aspersi sunt sanguine Cor suū super indumenta mea sed dies ultionis in corde meo & annus retributionis mee uenit. Quantum ergo sperare possumus dn̄e mi in iusto isto ubi scimus ipsum de nobis angelis fuisse conquestum in celo & notificauit eis ꝙ ipse calcauerat torcular solus Et quid aliud calcauit in ira sua nisi nos qui post bellum quod habuit in primo aduētu suo prostrati sumus ab eo & calcati iam sūt mille anni. & ad huc restat dies ultionis in ultimo eius aduētu & annus retributionis in corde suo Vtinā dn̄e mi qn̄ interfecimus ysaiā deleuissemus istā auctoritatē predictā de prophetia sua ꝙ nūq̄ legeretur ab aliquo. & ecce ꝙ dauid uocat bellū cum dicit. dn̄s uirtutū fortis in bello. hec ysaias uocat torcular. heu dn̄e mi bibimus mustū illud de quo etiam dicit iacob patriarcha & propheta ut habetur in. li. gn̄ationis creaturarū. c. xlix. de iuda. Lauabit stolam in sanguine scilicet uue Sic est factū in nobis in primo aduētu messie. sed quid faciemus in aduētu eius ultimo quādo stabūt homines corā hoīe iudicante & in circuitu eius erit ignis paratus ad deuorandū illos contra quos tulit sētentiā. Tunc enim nō erit tempus belli. nec iam in torculari calcabitur quia iam ex tunc non erit locus nec tēpus penitēdi nec refugii sed iusticia. Vt sicut ipse iudicatus fuit sine peccato qđ inueniretur in eo sic ip̄e iudicabit peccatores: Dicit enim deus ī prophetia Salomonis Prouer. xi. Qm̄ iustus recipit iudiciū nec erit impius et peccator.

¶ Cap. XIII

u Alde timeo dn̄e mi ꝙ hec que dicta sunt testimonia prophetarum de illo iusto ꝙ scilicet fuit uēditus pro argēto ut dicit Amos propheta ꝙ calcauit torcular. ut dicit Ysa. ꝙ gessit bellum cum patribus nostris sicut dicit Dauid ꝙ captus fuerit in peccatis nostris: sicut dicit hieremi. ꝙ uulneratus fuerit in palmis suis. Sicut dicit Zacha. ꝙ sup eius uestes misse sunt sortes. Sicut dicit Dauid ꝙ ascendit in celū sicut dixit idē propheta & alia cum non cōueniunt deo in essentia siue

in natura diuina secundū quā nec resurgit nec exaltatᵣ nec sedit nec descendit. etiā que dicta sunt corporalia. ꝙ iā uenit ille iustus cuius nature corporee hec p̄dicta et similia poterunt cōuenire. Si aūt tibi uidetur forte durū credere domine mi ꝙ homo corporeus ascendit in celū. audi auctoritates & exēpla que mihi occurrunt de scripturis nostris. Similiter hoc dicit Dauid propheta de illo. Ascēdit deus in altū. et saluabit captiuitatē. dedit dona hominibus Dicit etiā in psalmo .lxvii. Iubilate deo & glorificate nomen eius. Iter facite ei qui ascēdit de partibus occidentis dominus nomen illi. Adhuc domine mi dixit deus de illo in psalmo quē tu habes in corde. Iubilate deo qui ascendit super terrā celi ad orientē. Et de ista dixit Amos capitulo nono. Dominus est qui edificauit in excelso sedē suā Et de ipso dicit etiā Dauid in psalmo. lxvi. Ascendit deus in iubilo & dominus in uoce tube. De ipso etiā dixit Aser propheta. c. iii. Vidi hominē descendentē de corde maris & peruenit usq; ad celū. Et quia non habemus istā ꝓphetiā obmisi multa scribere que allegat super hoc. Dicit etiam Moises in cantico. Leuabo ad celū manū meā. Et deutronomii. xxxiii. Cōsurge consurge brachiū domini. De isto etiā ait Anna mater Samuelis primo primi Regū. Dabit dominus īperiū regi suo. & sublimabit christū suū. Dauid etiā dixit. Ascendit dominus super pēnas uentorū. Et hee auctoritates occurrūt mihi ad exaltationē christi corporalem usq; ad celū. Et sunt plures alie quas tu domine bene scis. Nunc etiā exempla aliqua adducā de lege nostra qa uidetur etiā nobis multū incōueniens credere ꝙ in corpore ascendit in celū: et hoc est ꝓpter cōsiderationē. nam in lege & in prophetis inuenimus ꝙ deus uerus & gloriosus assumpsit de terra et eleuauit plures sanctos uiros p̄res nr̄os & si de istis non dubitamus de ascensione istius iusti in corpore & anima cui magis scriptura perhibet q̄ illis testimoniū sanctitatis. et qui durius bellum secundum prophetat sustinuit. Et plures captiuationes mundi q̄ aliquis

de predictis. Et preterea domine sine exempli positione scis quod Matusalem & Enoch iusti & Helias propheta fuerunt assumpti a deo de mundo isto in corporibus suis. De Moise etiã non est dubitandũ quoniã in celo in corpore & anima sint. Nam deutro. xxxiiii. dicit deus ad Moisen. Ascendit in montẽ nocte & mortuus est ibi. et nesciuit homo sepulcrum eius usque in hodiernũ diem. Et quid significat sepulchrum eius est ignotum in terra cũ ipse fuerit propheta maior & sanctior aliis nisi quod deus resuscitauit eũ & assumpsit eum in corpore & anima sicut alios iustos assumpsit & eleuauit ad locum ubi sunt. Nec nos debemus mirari supra hoc quod aer iste leuis & subtilis posset portare corpa tam grossa & põderosa quia nos scimus quod aqua que est in unitate simul aeri quãdo placuit potentie omnipotẽtis portauit corpora filiorum israhel in eorũ exitu. et quando fuit acceptũ sacrificiũ ignis descendit de celo & eleuauit & portauit corpora pecorum & boũ que offerebãtur deo Moyses uero & Helias prophetauerunt de illius iusti eleuatione ac alii prophete. Vnde id oportet nos esse credentes de eleuatione corporea dictorum sanctorũ & sumus increduli de eleuatione illius iusti. et eum eleuatum in celum de quo tot sunt testimonia in scripturis sicut dictũ est & possent induci. ut quia satis apparet quod deus assumpsit preditos sanctos de quibus nullus dubitet ut ad fidem disponentur corda hominũ & ut de ascensione sui iusti etiã non dubitarent. Est autem & alia causa quam & ipsi nostri dubitant. Quia aduentus eius primus fuit occultus: et modus insolitus sicut dicit Ysaia. Homo est & quis cognoscet eum. Idem propheta etiam dicit. Virgo cõcipiet et pariet filium. ubi aduertendum est quod caret patre secundum carnem. Et propter hoc quod alibi dicit. Signum nouum creauit deus super terram. Mulier circundabit &c. Dicit etiã. c. v. Propter hoc dabit eis deus usque ad tempus in quo parturiens pariet. Et notãdũ quod non facit propheta mẽtionẽ

de marito istius parturientis cū inquit: natiuitatē istius iu-
sti qui solū natus est preter solitum modū cursūq carnalē
qui est ex uiro & femina. sicut de illo predictū est per os
ysa.c.ix.cum dicit audite domus iacob deus dabit uobis si
gnum Virgo concipiet & pariet zc. Omnes alii sancti qui
dicti sunt nati sunt de uiro & femīa carnaliter cōcepti in
peccato & omnes fuerūt peccatores & ipse moises sancti
or parentibus ppbetis peccauit & cōfitetur per os suū se
peccasse De iusto aūt isto dicitur per Ysa.c.liii. Qui nunq̄
peccauit nec est inuentū mēdaciū in ore eius. de aliis om
nibus sanctis dicit deus per os iob.c xxv. In oībus sanctis
suis non est inuētus sine prauitate &. hiere. propheta dicit
cap̄. xvii. Corda hominum praua. ¶ Cap̄. XIIII.

t Imeo dn̄e mi q̄ sit cōpletum in nobis quod di
citur per isa. cecidit cecitas super israel quousq
intrauit plenitudo gentiū. & iterum dicit. c. vi.
Audientes audient & uidētes uidebūt & non cognoscēt
Corda istius gentis sunt ingrossata Et adhuc eodem. cap̄.
Exceca cor populi & obtura aures eius ne forte addiscāt
& cōuertantur ad me & sanem eos. Et dixit. isa. usq quo
dn̄e & dixit quousq sunt ciuitates deserte Et maneāt do
mus sine habitatore Dixit etiā daniel. c. xii. claude sermo
nes & īuolue prophetiā & hiere. xvii. Peccatū scriptū est
stilo ferreo in lapide adamantino extensum super altitu-
dinē cordis eorum & isa. c. i. cognouit bos possessorē suū
& asinus presepe domini sui. Populus aūt meus nō intel
lexit. Et iterū. c. viii. Miluus & hirundo & ciconia sciunt
tempus aduentus sui Populus aūt meus non cognouit. Et
hec omnia dn̄e mi dicta sunt quia nō cognouimus aduē
tum iusti domini. & de nobis dixit dominus per Ysaiam
prophetam. cap̄. xliii. Elongate foras gentem cecam &
non habentem oculos & surdam & non habentem aures
Ecce omnes congregati sunt. & quicquid uoluit prophe
ta per hec uerba nisi q̄ deus nos repulit qz nō cognoui-
mus tempus istius iusti citius: & congregauit ad se in fide

nimus gentes. Ex quo Salomō propheta fecit eas partici
pes in timore dei et in domo sancta et forte nos indignos
eiecit deus de ista domo. & dedit eam illis. Et de illis etiā
dixit Moyses. Hec dicit dominus deus. Replebitur ter-
ra tota gloria domini. Et de illis dixit Dauid in psalmo ui
cesimo primo. Preuenient & conuertentur ad dominum
uniuerse fines terre & uiles nationes. De ipsis etiam di-
xit Ysaias propheta capitulo sexagesimo. O domus Da-
uid sancta: uenit lumen tuum & gloria domini super te
orta est. & ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in
splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & uide:
Omnes iste gentes congregate sunt uenerunt tibi. Et fi-
lii extranei edificabunt muros & principes eorum serui-
ent tibi. Et qui sunt isti filii extranei domine mi qui uene
runt ad domum dei nisi gentes qui seruiebant idolis. Qui
erant extranei a deo: & christi principes & reges eorum
de quibus dixit deus ꝙ ambulabunt in lumine domus san
cte & nos erimus in tenebris extra illam. & sicmus iam
sunt mille anni effluxi & ultra. Dixit adhuc idem ysa. pro
pheta de illis capitulo sexagesimoquinto. Ecce gentem
quam nesciebas uocabis & nationes que te non cogno-
uerunt ad te uenient: & sicut de facto uidemus iam sunt
mille anni & ultra. quia christus missus secundum legem
nobis datam uenit. & gentes que legem non nouerant ue
nerunt ad eum: & ipse dedit eis legem nouam puram &
sanctam. Aabachuc. xlv. cap̄. Concordauerunt & reges
eorum congregati sunt in fide dei. Et timeo domine mi
de illis fuisse dictum eodem cap̄. Congregamini omnes
& uenite gentes que saluate estis per deū ex gentibus. Et
de populo dixit ysaie. lxv. ca. Que si cogregabuntur om-
nes in nomine domini in domo sancta: & non ambula-
bunt in prauitate cordium. De ipsis idem propheta dixit
xvi. cap̄. Ad te uenient omnes gentes ab extremis fini-
bus terre & dicent. Non hereditabunt patres nostri nisi
mendacium & iniquitatem. & de ipsis dixit Sophonias

ca.iii. Datum est gentibus ut loquerentur simul in nomi-
ne domini & seruirent ei humero uno omnis homo de lo
co suo & omnes insule gentiū. Et de illis dixit Sacharias
ca.ii. Letare domus syon quia ego ueniā ad te & habita-
bo in medio tui in illa die: & appropinquabunt gentes in
multitudine sua. Dicit idem propheta.cap̄.viii. Hec dicit
dn̄s deus. Circumuenient gentes multe & dicet uir ad uici
num suū. Vadamus & queramus dn̄m deum in bono: &
ista dn̄e mi cōpleta sunt cum & cōplētur in oculis nostris
De plano uides libros populos & linguas legis & prophe
tarū oīum & psalterium dimissis idolis suis. Nullus ex eis
credit per manum Moysi nec Aaron nec alicuius pphe
tarum nostrorum: nec aliquid remanet de fide ab Idolis.
ab illo tēpore quo crediderunt iusto illi de quo dicit Aba
cbuc.iii.ca. Egressus est domine ad salutem populi tui ad
salutem cum christo tuo. ¶ Cap.XVII.

t Immeo domine mi q deus uictor & gloriosus uiuificat illas gentes per fidem & interficit nos in incredulitate nostra sicut ipse dicit per os ysaie prophe te.lxv.ca.q uocaui et non respondistis. hec dicit dominus deus. ecce serui mei comedent & uos esurietis. ecce serui mei bibunt & uos sitietis. ecce serui mei gaudent in exul tatione cordis: & uos concutiemini pre amaritudine cor poris. Et interficiet deus israel & uocabit seruos suos alio nomine in quo benedixit illis qui est benedictus super ter ram Amen. Et uidemus istos redemptos istius nomine benedictos a deo super faciem terre: & nos dispersit scili cet in captiuitate per quattuor partes mundi hodie sunt mille anni: & apparent expresse in nobis uestigia ire dei non ad castigationem sed ad destructionem. Et illa est in terfectio quam deus comminatus est q interficiet israel. & et ille gentes uicinales uel uicine quas uocat seruos reci pient nomen quod deus promisit. Sed non ante mortem nostri nominis primi secundum ordinem uerborū dei p Ysaiā. & fames & sitis q̄s nō patiemur nō panis aut aque

gentes loco nostri. Sup quo admiratus Dauid dixit ī psal-
mo. lxxvi. Hec est mutatio dextere excelsi. Nos tamē dei
sumus in casu isto nostro & in captiuitate ista que nō ha-
bet finē. In qua sumus iam sunt mille anni & ultra. & hoc
tñ non accidit ita male patribus nostris qui adorauerunt
idola & occiderunt prophetas. & transgressi fuerunt le-
gem ex toto. ℂ Cap. XV.

t Imeo dñe mi propter hoc ꝙ quia non credidi-
mus in isto iusto. Idcirco accidit nobis & cōple
tum est illud quod dixit deus ꝑ os ysaie. c. xix. Erit ꝓphe
ta tanq̄ uerba libri clausi qui dabitur lectori & dicet. Iste
liber clausus est nescio quid in eo. Et tūc dabit nescienti lit
teras & dicet. Non sum lector ego. Et q̄ clausura libri ma
ior est dñe q̄ clausura qua deus clausit corda nostra iam
sunt mille anni & ultra. Nec possumus cognoscere ꝑ pro-
phetiā nobis traditā a ꝓphetis super aduētum istius iusti:
Propter qd̓ alibi dixit deus per prophetā. Desolabit̓ Hie-
rusalē & corruet domus sancta. & dixit capitulo primo.
Terra nostra deserta. Ciuitates nostre succense igne. & re
manebit ꝗ tuguriū in uinea dissipata. Hoc est dñe mi: & iā
sunt mille anni & ultra. Dixit etiā ysaias. xxv. cap̄. Domīe
deus exaltabo nomē tuū quia posuisti ciuitatē in tumultū
& domū in confusionem ut non sit usq; ī eternū. Et. xxx.
ca. dixit. Conteret populos cōtritione uasis fragilis ī quo
non remanet pars ad portandū carbonē ignis nec baurie
dam guttā aque. Completū est etiā dñe quod dixit Dani-
el cap̄. ix. Postq̄ fuit occisus christus remanebit desolatio
perpetua. In qua desolatiōe sumus & fuimus iam sunt mil
